



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

3. An Iudex privatam scientiam habens de innocentia Rei, qui in iudicio nocens probatur, eum condemnare potest? quid res iudicata an semper in rem ipsam condemnet Iudex? & in quid, dum res petita ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

manio- rem, communi opinioni præferen-
dam judicat, apud *Mascard: cit. Geil. 2. obs:*
94. n. 18. nihil tamen causæ video, cur non
in his quoq; si quæstio obscurior sit, plu-
rium vestigia legere debeamus. *Alciat: de*
presump. reg. 1.

Quid si paria utrinque sint rationum
pondera? utramlibet sequi posse docet
Panor. in cap: 1. de constit: n. 15. quia quamli-
bet sequendo prudenter operaris. **S E D**
nunquid Glossæ vim juris habent? Ne-
gandum cum *Barth. in L. 3. n. 8. in fin. ff. de*
just. & jur. sicut enim Glossatores non pos-
sunt glossando facere, librum non appro-
batum esse approbatum *cap: transl: de con-*
stit: & L. fin: C. de leg ita non facient, ut eo-
rum glossæ vim juris habeant, sed sumum
tantum ponderis habent, quam alterius vi-
ri docti. *Geil: sup: obs: 153.*

3. Quod ad factum attinet, placet Ju-
dicem sequi fidem eorum quæ probantur
L. rem novam. C. 14. de jud: Quare si actor
probaverit rem suam esse vel sibi deberi
reus condemnandus est: sin minus etiam si
nihil ipse præstiterit absolvendus est. *L. 4.*
Cod. de ed **D I F F I C U L T A S** celeberrima

agitatur à legistis, an etiam in casu quo Judex solus sciat, aliter se rem habere atque allegatum fuit, contra innocentem sententiam proferre possit? Placet Azonis consilium, qui Præsidi Bononiæ, cum eadem admitti sine teste vidisset, auctor fuit, ut depositâ Judicis persona fungeretur officio testis: *Cujac. 12. obs. 12.* Neque parte distingui inter supremos Judices, quibus provocatio non est, & inferiores à quibus est provocatio: quid enim abscondi vel ipsum Principem testis officio fungi? nempe periculum est, ne majestati quidquam decedat. Aliud visum C. Julio Decemviro apud *Livium lib: 3. Africanum apud Val. Max: lib: 4. cap. 1.*

Sed revera aliud quoque nobis occurrit, si tibi Azonis consilium non arridet, *CIMUS. cum Barth: in L. illicitas ff. de Præsidi: Claro Val. Covar. & aliis, ubi facta omni possibili diligentia ad liberandum innocentem nihil profecisti, licere ex legatis & probatis reum condemnare ad pœnas minores, v. g. pecuniam, carcerem, exilium, loquendo autem de criminalibus, in quibus agitur de pœna capitali*

vel mutilationis non posse Judicem juxta
 probata condemnare reum, quem priva-
 tā scientiā innocentem novit: esse contra
 complures fatemur, sed tamen à simili
 eam roboramus: quia non potest quis li-
 citè cognoscere carnaliter foeminā, quam
 quis certò scit non esse suam uxorem, esto
 in judicio probetur per legitimos testes
 esse ipsius uxorem, & etiam Judex ipse
 per sententiam pronuntiet, & copula sub
 excommunicatione præciperetur: ex com-
 muni omnium sententia. ergo neq; lice-
 bit Judici occidere innocentem ut talem
 à se cognitum quantumvis per falsa testi-
 monia reus probetur: Consequentia
 probatur, quia non minus est intrinsecè
 malum occidere innocentem, cujus vitæ
 non es dominus: quam accedere ad non
 suam, in ordine ad quam non es dominus
 tui corporis. ergo sicut propter probatio-
 nem apparentem maritus putativus eo
 casu non operatur licitè idq; ob suam pri-
 vatam scientiam, ita neq; Judex in nostro
 casu. Præterquam quod verissima sit
 hæc propositio, non posse Judicem con-
 demnare reum, qui reus non probatur:

cùm in dubia causa pro reo judicare debeat *L. favorabiliores ff. de reg: juris.* at impossibile est ut quem scit innocentem esse, sciat etiam nocentem esse, cum de uno eodemq; objecto, duæ scientiæ contrariæ admitti non possint. *ergò.*

4. Quod ad rem spectat: res judicata est ipsa causa controversa, quæ finem controversiæ pronuntiatione Judicis accipit, vel absolute, vel condemnatione. *L. 1. ff. de rejud:* cavere debet Judex, ne alia de re judicet, quàm quæ in judicium deducta fuit. *L. ut fundus. 21. ff. com. Div.* Quod verò in judicium venerit ex intentione actoris æstimabit, *L. solemus. 61. ff. de jud:* intentio si fuerit ambigua, id capiet, quod utilius est petitori. *L. si quis. 76. ff. eod:* Veniunt autem alia quidem aperte, alia tacite: aperte quæ verbis intentionis exprimentur. *cit. L. solemus.* tacite, quæ et non expressa per consequentiam & ipsa petita intelliguntur: ut fructus, & reliquæ accessiones rei petitiæ, quæ post judicium acceptum contingunt. Quæ ante litem contestatam contingunt, non pertinent ad Judicem, nisi nominatim petantur. *L. 2. C.*